Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



fere

Natus est ibi puer masculus et quasi gaudio lætificauit eum.
Et homo ille ut sunt ciuitates quas subuertit dominus et non pœnituit eum
audiat clamorem mane et ululatum in tempore meridiano
Qui non me interfecit a uulua ut fierem michi in matrem meam sepulcrum
et uulua eius grauida semper mansisset. Quare de uulua egressus sum
ut uiderem laborem et dolorem et consumerentur in confusione dies meos

21 Verbum quod factum est ad Jeremiam a domino PPCE
qui misit ad eum Rex Sedechias Phassur filium melchie et
Sophoniam filium Maasie sacerdotem dicens. Inquirite pro nobis domino
quia Nabuchodonosor rex babilonis pugnat aduersus nos
si forte faciat nobiscum dominus secundum omnia mirabilia sua et recedat a nobis
et dixit ad eos Jeremias. Sic dicetis Sedechie. Hæc dicit dominus
deus israhel Ecce ego conuertam uasa belli quæ in manibus uestris
sunt. et quibus vos pugnatis aduersus regem babilonis et chal
deos qui obsident uos extra murum et congregabo eos in medio
Ciuitatis huius et debellabo ego uos in manu extenta et in brachio
forti et in furore et indignatione et in uirtute magna et parua hæreseos
Ciuitatem huius percutiam et bestiæ pestilencia morientur et
post hæc ait dominus Dabo Sedechiam regem Juda et seruos eius et populum
eius et qui derelicti sunt in Ciuitate hac a peste et gladio et fa
me in manu Nabuchodonosor regis babilonis et in manu in
imicorum eorum et in manu quærentium animas eorum. et percutiet eos in ore gladii
et non mouebit eos parcet nec miserebitur. Et ad populum huic dicas
Hæc dicit dominus Ecce ego do coram uobis viam uitæ et viam mortis Qui
habitauerit in urbe hac morietur fame gladio et peste Qui
autem egressus fuerit et transfugerit ad chaldeos qui obsident
uos viuet et erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meam
super Ciuitatem hanc in malum et non in bonum ait dominus. In manu
regis babilonis dabitur et incendet eam igni et domui regis
Juda. Audite uerbum domini domus dauid hæc dicit dominus. Judicate
de mane iudicium et eruite vi oppressum de manu calumniantis
ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea et succendatur
et non sit qui extinguat propter malitiam studiorum uestrorum. Ecce ego
ad te habitatrix uallis solida atque ait pestis ait dominus. qui dicitis Quis